



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

II. Des Edlen Herrn Johann Gans Privilegium für die Schustergilde zu Perleberg, v. J. 1239.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

Significamus etenim vobis iura nostra quod si quis exceſſerit in placito contra aduocatum nadiabit III ſol. Saltuedelgenſium. Omnis falfa menſura, ſiue in cereuiſia ſiue in ſtateris uel in quacunque re, qui inuentus fuerit, uadiabit III Marcas ſaltuedel nummorum, ex hys habebit ciuitas duas partes, dominus autem ciuitatis tertiam: Inde nichil iuris habebit aduocatus, ſed ciuitas iudicabit. Siquis traditus fuerit alteri in iudicio pro debitis et ſi ex caſu fugam inierit aduocato uadiabit III ſolidos. Siquis pontem non fecerit iubentibus conſulibus III ſol. uadiabit ciuitati. Siquis auſus fuerit inclamare conſules cum ſint in labore ciuitatis, uadiabit eiſdem conſulibus III Marcas, domino III ſolidos. Si contigerit quod homo occiditur et ſui parentes uelint inclamare innocentem, innocens per teſtimonium ſuorum uiciorum liber erit.

Diuina miſeracione Johannes dictus gans, dominus de perleberge. Ne factum ciuium noſtrorum in poſterum a noſtris ſucceſſoribus poſſit irritari ipſos noſtri ſigilli munimine roboramus et teſtes fecimus annotari, quorum nomina ſunt hec: Prepoſitus de uittenberge, Johannes gans, Otto de Stendale, Nicolaus, aduocatus, Worleuus, Gerardus, Johannes, Arnoldus.

Nach dem Original. Das Siegel iſt abgefallen.

II. Des Edlen Herrn Johann Gans Privilegium für die Schuſtergilde zu Perleberg
v. J. 1239.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis, Johannes Gans Omnibus in perpetuum Notum eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris, Quod nos ad inſtantiam Ciuium noſtrorum in perleberge, qui futores uel calciparii appellantur, talem ipsis ac ipſorum ſucceſſoribus contulimus libertatem, videlicet ut ius quod vulgo ininge uocatur eiſdem percipere liceat ac poſſidere ea ſcilicet ratione, ut unam partem nobis videlicet quatuor ſolidos, alteram ciuitati etiam quatuor ſolidos, tertiam quoque ipsis ſimiliter quatuor ſolidos cedere et percipere non repugnent. pueris quoque ipſorum, qui idem ius adepti fuerint, uſque ad tertiam et quartam generationem eandem conceſſimus libertatem. Item nemo alienus de quocumque fuerit opido abſque eorum conſenſu in perleberghe calcios preſumat vendere uel exponere ad vendendum. Item ſi inter preſatos futuros rancor aut diſcordia mutuo fuerit exorta, utpote in ſuis confraternitatibus uel in ſeruis conducticiis quocumque tempore uel loco ſine proclamatione vulgari uel ſanguinis effuſione ipsis coram eorum magiſtro componere liceat, aduocato noſtro penitus hinc remoto. Iudicium uero predicti eorum magiſtri decem ſolidos non excedet. Jus quoque ipſorum honeſto mediante conſilio et nobis auuentibus ſi in futuro decreuerint poterit adangeri. Ne uero hoc factum noſtrum a quoquam in poſterum ualeat irritari, Illud ut condecet ſigilli noſtri roborauimus inſtrumento et honeſtorum nomina qui etiam huic facto intererant fecimus annotari quorum nomina ſunt hec: Otto de Stendale, Otto de podendorpe, fridericus de Wardenberg, nicolaus aduocatus, vorleuus et alii quam plures, Datum perleberge Anno domini M^o CC^o XXXIX^o In dictione IX. VI Kalendas aprilis.

Nos uero conſules ciuitatis perleberge ſcilicet Johannes Riebode, hinricus radolfi, martinus rulow, hinricus dalemín, hinricus de Cartane, weſſelinus de dupow, Johannes hapup, hinricus ſcap, hermannus klinkebeil, Johannes de lubeke uidiſſe et audiuiſſe ſupra dictas litteras eadem uerba continentes, non cancellatas, non aboſitas, nec in aliqua parte uiciatas, ſed uero ſigillo predicti domini Johannis firmiter ſigillatas, preſentibus publice proteſtamur et in huius teſtimonium ſigillum noſtre ciuitatis preſentibus duximus appendendum. Datum Anno domini M^o CCC^o XXXII^o in uigilia paſce.

Dies iſt Perlebergs älteſte Urkunde.

Nach der Urſchrift.